

CAPVT XXXIV.

Vtū Ordinarius, cui sit per Senatum Bullarum Apostolicarum, aliorūve referiptorum in prima instantia cognitionis remissio; an vi Deleatus executor, & in via executiua; an vi Ordinarius, & in via Ordinaria procedere debeat.

Et insuper quibus in casibus Bullarum executor causam Ordinario in prima instantia remittere teneatur.

Et amplissimè præ cæteris, qui dicatur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiæ Apostolicæ.

Et an, & quando in beneficiis reseruatim prouisus ab Ordinario immisionem possit impedire litterarum Apostolicarum.

Et per totum caput clara discretione, quando Bullarum virtute executiua, seu via Ordinaria sit præcisè procedendum.

SVM MARIVM.

Ordinarius, cui per Senatum sit Bullarum remissio, an vi Deleatus, & in via executiua, an vi Ordinarius, & in via Ordinaria procedere debeat, quæ merito semper reputata fuit difficultas, num. 1.

Afferrio opinantium absolute vi Deleatum, & in via executiua procedere debere Ordinarium, facta sibi per Senatum Bullarum remissione; referunt, & ab Authore fundatur, n. 2. & seqq.

Ordinarium, cui Papa delegat causam, et alias de iure competentem procedere vi Deleatum, & auctoritate delegata, non Ordinaria, nonnulli tunc, num. 3.

Ordinarium, cui causa delegatur sibi de iure communi competenti, utraque potestate procedere, qui firmarunt, n. 4.

Author falsam probat opinionem (de qua num. 2.) scilicet Ordinarium, cui sit litterarum Apostolicarum remissio procedere vi Deleatum, & in via executiua, a n. 5.

Senatus ideo causam Ordinario remittit in prima instantia, quia sibi vi tali, & potestate propria, non aliena de iure pertinet, non impedita per auocationem inferrem, ibid.

Ex commissione, quæ nulla est defectu forme, Ordinarius procedere non potest, & sic sua Ordinaria potestate procedet, num. 6.

Nec delegatus ipse, cui specialiter talis commissio nulla fuit directa, n. 7.

Commissionis virtute, alteri iudici directa nominati, Ordinarius procedere non potest, quia deficit intentio committentis, n. 8.

Ordinarius si causa vi tali, & iure communi non competet, eandem illi Senatus non remiseret, num. 9.

Commissione data, & petita suo Ordinario, quem dixit Salmantinum, cum verè sit Cordubensis,

neuter vi potest, quia vnus non nominatur, in altero ex errore defectu intentio Papa, n. 10. Error etiam inculpabilis non potest extendere referiptum ad casum sub verbis non comprehensum, num. 11.

Commissionem expedire non potest Iudex non nominatus, nec à nominato recedere potest, n. 12.

Commissionem vi directam nominato, si coram alio non nominato in eis impetrans presentauerit, nihil agitur, sed vicio nullitatis subiiciuntur acta, & sententia, num. 13.

Commissio directa vi persone, in alium transferri non potest absque subdelegatione, n. 14.

Commissio directa Vicario, seu Officiali Episcopi, nequit presentari Episcopo in ea non nominato, num. 15.

Nec è conuerso, quia de nominato ad non nominatum in commissione nequit validè fieri transitus, num. 16.

Nisi mediante subdelegatione, n. 17.

Subdelegatio tacita an ex scientia, & patientia Episcopi inducatur, num. 18.

Ordinarius, cui litterarum, alteri contra Tridentinam declaratum sit per Senatum remissio, non delegata potestate, sed Ordinaria dumtaxat procedit, num. 19.

Cessante auocatione causa reuertitur ad potestatem Ordinarij, num. 20.

Commissio ex defectu forme nulla à principio, non potest in Ordinarium transferri, quia de non ente ad ens non fit transitus, n. 21.

Iurisdictionis ex commissione nulla umbra aliqua non remanet in nominato in ea, n. 22.

Ordinario directa commissio, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, an & quando, Ordinaria, vel delegata procedat potestate, n. 23.

Ordinarius, cui dirigitur commissio, nequit procedere utraque potestate delegata, & Ordinaria simul, quia vna semper confunditur, nisi expresse in commissione sibi ita dicatur, n. 24.

Ordinarius per litterarum remissionem, factam à Senatu, non potest fieri Deleatus, quia non est nominatus in eis, n. 25.

De non ente ad ens non potest fieri transitus, n. 26.

Flores de Mena dicens Ordinarium, cui sit à Senatu remissio Bullarum, in executione procedere vi Deleatum, quoad cetera vi Ordinarium declaratur, n. 27.

Executio gratiæ super beneficio reseruatim, directa Ordinario, si alteretur eius natura, & debeat procedere in via Ordinaria, iurisdictione tunc procedit Ordinaria, n. 28.

Ordinarius procedit vi Deleatus in commissione, ergo debet procedere via executiua, falsa est propositio absolute sumpta, n. 29.

Ordinarius, cui per Senatum sit Bullarum remissio debere indistinctè via Ordinaria procedere, non executiua, qui soleant contendere, n. 30.

Et qua ratione moueantur, ad sic sciendum, num. 31.

Falsa, & impossibilia horum asserio ostenditur, num. 32.

Executoris datio ad gratiam cessauit, ergo gratia amittit privilegium executiuum, falsa ostenditur argumentatio, ibidem, & num. seqq.

Bulle gratiose tres continent partes, vnam postulatam, executionem, quam de iure merentur, & executoris dationem, n. 33.

Executoris datio ad gratiam, licet cesset, cetera eiusdem inacta remanent, n. 34.

Instrument

Instrumenta quarentigiata, & alia exequibilia amittere executionis privilegium per usum eorum coram Ordinario, est absurdum, n. 35.

In commissione pro executione gratiæ, non subscripta, per Senatum Ordinario remissa, tenetur iste regulariter via executiua procedere, aliter nempe non alterata privilegiata natura, n. 36.

In omnibus casibus, in quibus litteræ gratiose, remissa per Senatum Ordinario, amittunt privilegiam executionis naturam, Ordinarius via ordinaria procedere tenetur, & in ea partes audivit, num. 37.

Instrumento quarentigiato inest qualitas executiua, num. 38.

Litteræ Apostolicæ ob illarum reverentiam habent executionem paratam, num. 39.

Vulneratis litteris per sententiam via executiua amittitur, quia nec superior ad quem est appellatum exequi potest, num. 40.

Vulneratis non dicitur litteræ ob declaratum processum nullam, nisi etiam ipse annulerentur, num. 41.

Nec vulnerantur, etsi declaratur non esse iustificatas, cum postmodum iustificata exequi valeant, num. 42.

Ex semel vulneratis litteris amplius executiue agi nequit, num. 43.

Sententia vulnerans instrumentum, si est nulla notorie non impedit eius executionem, ibidem.

Executiuum privilegium inhaerens litteris Apostolicis an instrumento quarentigiato, non alteratur, & nec mutatur per iudicum variationem, & mutationem, num. 44.

Sed quocumque vadant, & coram quocumque Iudice agatur, ex eisdem executiuam viam retinet, non amittendam, num. 45.

Instrumentum in alio Regno confectum, quod executionem meretur, vbi libet eam retinet coram quolibet Iudice diversis Regni, num. 46.

Instrumentum quarentigiatum inter laicos confectum coram Ecclesiastico Iudice privilegium executionis non amittit, num. 47.

Decretum Senatus, quo litteræ merentes sui naturam executionem, remittuntur Ordinario, nec immutatur, nec potest naturam privilegiam, ac ideo executiue procedere debet Ordinarius, n. 48.

Executio petita coram alio Iudice, & oria competentia per Ordinarium competentem declaratum, non alteratur, sed coram eo executio non amissa postulat, num. 49.

Ordinarius, cui sit litterarum remissio, quando in eis alia executionem merentibus valeat & debeat via ordinaria procedere latissimè ostenditur, a num. 50.

Tertij causa se executioni per Senatum remissa Ordinario opponens in via ordinaria tractanda erit, eademque tertium ab Ordinario audiendus, num. 51.

Quod in quolibet tertio, cui res indicata non nocet, nec in instrumento quarentigiato, aut litteris Apostolicis est comprehensus, num. 52.

Litteræ Apostolicæ pro executione gratiæ super beneficio reseruatim quantum ad executionem, seu processum extrajudicalem subscriptione non egent, quia tunc non percutiunt Tridentin. decretum, num. 53.

Contradictor legitimus, comparans coram executore litterarum super beneficio reseruatim, in via ordinaria audiri debet, num. 54.

Nisi & contra ipsum commissio veniat subscripta, num. 55.

Commissio non subscripta super executione gratiæ ad beneficium non reseruatim per usum eorum Ordinarij instantiam, ad quem pertinet, tam super executione, quam super Iudicio Ordinario, num. 56.

Sed si tunc fuerit commissio subscripta executori pertinet, non Ordinario cogniti, tam in via executiua, quam in via Ordinaria, num. 57.

Causa possessionis super beneficiis referatis possunt à Delegato Apostolico cognosci, num. 58.

In executione Bullarum magis extrajudicialiter, quam iudicialiter proceditur, num. 59.

Contra executionem litterarum si allegetur aliquid requirens altiore indaginem, in quo cum datur instantia, hac ab Ordinario auferri nequit, num. 60.

Executoris litterarum iurisdictionis ubi cessat, nequit gratiam exequi, sed per Senatum Ordinario remittenda, num. 61.

Executor ad beneficium reseruatim potest executiue procedere, nisi compareat legitimus contradictor, aut possessor, quorum causam executor remittit Ordinario, vel per Senatum remittendam, num. 62.

Via executiua, est instantiam non habet ad Ordinarium pertinere, num. 63.

Ex verbis gratiæ si executor tenetur assumere partes Iudicis, an possit cognoscere in prima instantia, est subscriptio deficiat: asserio Augusti. Barbosi, & Nonarij referunt, num. 64.

Negatiuè resolvitur contra ipsos, num. 65.

Auocatio siue tacita, siue expressa in prima instantia requirit pro forma subscriptionem manus Sanctissimi, num. 66.

Ex gratia verbis, si executor tenetur assumere partes Iudicis, si eius commissio fuerit subscripta, potest cognoscere in prima instantia, nec tenetur eam Ordinario remittere, num. 67.

Ex verbis gratiæ si executor tenetur assumere partes Iudicis, eas non assumet, si commissio non sit subscripta, sed causam remittit Ordinario, num. 68.

Auditor Camera quando gratiam exequitur, non potest in via ordinaria cognoscere, sed illam Ordinario remittere, num. 69.

Executor gratiæ, ut possit via ordinaria procedere duo requiruntur, quod ex verbis gratiæ teneatur assumere partes Iudicis, & quod eius commissio sit subscripta propria manu Sanctissimi, num. 70.

Auocatio ab Ordinario de iure communi per solam commissionem, alteri factam sufficiebat, hodie ex Tridentin. etiam expressa nullatenus, nisi sit scripta, num. 71.

Subscriptio propria manu Sanctissimi influit in iis omnibus, que virtualiter in commissione de iure continentur, num. 72.

Sigillum comprobatur, confirmatur, & robur addit, quæ in scriptura continentur, num. 73.

Subscriptio propria manu Sanctissimi vnicum, & solidum est signum eius voluntatis ad cognoscendum, an veli auocare causam ab Ordinario, non aliam, num. 74.

In omnibus, in quibus executor gratiæ poterat de iure communi ac debebat cognoscere in via ordinaria, in iis hodie ex Tridentin. pariter Ordinarius, cui sit per Senatum remissio, ordinariè procedere debet, num. 75.

Et è conuerso, in quibus executor iure communi attento via executiua procedere tenebatur, pariter hodie Ordinarius tenetur, cui

fit per Senatum causa remissio, num. 76.
 Executor gratia ad immittendam in possessionem est suscepta natura merus executor, ita ut in eis non procedat dispositio, capit. statuum de rescript. lib. 6. num. 77.
 Si coram executoro comparet legitimus contraditor, vel adest possessor, sicut executor de iure communi, & tenebatur assumere partes iudicis iudicialiter procedere, & Ordinariè, & diffinitivè pronuntiare, num. 78.
 Executor gratia ad immisionem regulariter extrajudicialiter procedit, nisi adest possessor, vel legitimus contraditor, compareat, quo casu iudicialiter procedit, num. 79.
 Executor gratia nequit hodie ex Tridentin. assumere partes iudicis in prima instantia, ubi alias de iure communi poterat, cum hoc Ordinario pertinet, nisi sua commissio fuerit subscripta à Sanctissimo, num. 80.
 Executor gratia in Francia non habet aliquam causam cognitionem, sed solam executionem pui, & meri facti, ita ut causa cognitionis Ordinario remittatur, num. 81.
 In Hispania executores cognoscunt de executione; requirentes tamen altiore indaginem Ordinario tenentur remittere, num. 82.
 Quod intelligit in beneficiis reservatis, in quibus quoad executionem meram, & extrajudicalem cognitionem subscriptione non indiget, in ceteris tamen non reservatis, nec de executione cognoscere valent, nisi sua sit commissio subscripta, num. 84.
 Nicolaus Garcia dicens executionem gratia, ubi adest legitimus contraditor pronuntiare diffinitivè, procedit de iure communi, non ex Tridentin. noua dispositione iuxta Flores de Mena, quem ipse improbat, & perperam, num. 85.
 A regula prohibitiua Triden. solum excipiuntur executores ad beneficium reservatum, ergo in ceteris iniuncta manet, ita ut egeant subscriptione, num. 86.
 Contraditor legitimus non possidens, comparens re integra coram Ordinario, cui Senatus remisit litteras ad immittendum, immisionem impedit, & in via ordinaria ab Ordinario erit audiendus, num. 87.
 Maxime litteris habentibus clausulam citatis citandis, aut amoro illicito detentore, num. 88.
 Executor gratia potest summarè cognoscere de legitimitate contraditoris, suspensio principali quod in via ordinaria pertinet Ordinario, n. 89.
 Legitimi contraditoris comparentis ad impediendam immisionem gratia causa Ordinario remittenda ordinariè, tractanda, num. 90.
 Ad effectum legitimandi contraditorem potest summarè cognoscere, & postea remittere causam eius Ordinario, num. 91.
 Possessione vacante executor pro immittendo prouisus Apostol. non tenetur aliquem citare, n. 92.
 Contraditor legitimus, re integra comparens, possessione vacante, impedit immisionem, qui si non auditur appellat, & causat attentata, n. 93.
 Contraditor legitimus dicitur habens titulum coloratum, dummodo suum titulum coram executoro gratia producat, & licitè appellat, & causat attentata, secus si non produxerit, numer. 94. & 95.
 Parem titulum habet prouisus ab Ordinario, & prouisus à Papa interim quod de reservatione probabiliter dubitatur, ibidem.

Presentatus ante institutionem est legitimus contraditor ad impediendam immisionem prouisus Apostol. num. 96.
 Capitulum, licet non possideat, est legitimus contraditor ratione articuli, puritatis sanguinis ad impediendam immisionem prouisus Apostolici, num. 97.
 Resignans quando fit legitimus contraditor ad impediendam immisionem resignatary, num. 98.
 Executiva via cessat, & ordinaria est agendum, ubi concurrit immisione paritas titularum, num. 99.
 Secundus executor ad gratiam datus in defectum prioris, quando adquirit iurisdictionem, num. 100. remissus.
 Secundo executoro dato ad viam executivam in negligentiam prioris, hac, atque iurisdictione illius cessante comparent legitimi contraditores, cuius causa ordinariè erit tractanda, num. 101.
 Executor primus transactus triginta diebus, an possit re integra & etiam inuita parte, exequi gratiam sibi commissam, ibidem remissus.
 Et quid quando post dictos triginta dies declarauit non posse procedere, ibidem remissus.
 Legitimus contraditor comparens re non integra in via ordinaria, & coram Ordinario possessor auditur, num. 102.
 Legitimus contraditor non possidens legitimo tempore comparere dicitur, etiam post immisionem, quando ea fuit ex aliquo capite nulla, num. 103.
 Legitimus contraditor, comparens coram Ordinario, cui litterarum pro immisione prouisus fit per Senatum remissio, debet in via ordinaria audiri, sicuti iure communi attentio poterat executor, num. 104.
 Executor ante immisionem tenetur querere, & citare possessorem si adest, vel si littera sub intrusione sunt expedita, & eum in via ordinaria, non executiva (quam rectè impedit) audire, num. 105.
 Possessor ubi adest, vel alius legitimus contraditor impediunt executionem litterarum, & iudicium erit ordinariè tractandum cum eis, num. 106.
 Quod procedit hodie in Ordinario, cui fit per Senatum litterarum remissio, ibidem.
 Possessor beneficii, ab alio ob delictum, aliamque causam iuris impetrati, debet in via ordinaria, non executiva audiri, & vinci, num. 107. & num. 108.
 Alias executio est nulla, & attentata, num. 109.
 Ac etiam si executio fiat ante appellationem, vel post eam interposita à possessore, cuius beneficium fuit impetratum ob iuris defectum, aut delictum, num. 110.
 Qui manutenendus est, non is, cui possessio per executorem attentata data fuit, num. 111.
 Possessore scilicet executor gratia debet assumere partes iudicis, cum citare, & via ordinaria audiri, & datur appellatio suspensiva causans attentata, num. 112.
 Executor merus quando efficiatur mixtus, n. 113. remissus.
 De nullitate unionis ante executionem est agendum, quando ab ea pendet iustificatio nullitatis narrate, num. 114.
 Vbi agitur de remouendo possessore à sententia executoris datur appellatio suspensiva causans attentata, num. 115.
 Oppositio calumniosa non impedit immisionem, num. 116.

Vbi

Vbi agitur de remouendo possessore censore sunt nulla, & attentata, quia ab executoris sententia datur appellatio suspensiva, n. 117.
 Citari debet, & audiri, contra quem ob aliquid defectum fuit beneficium impetratum, etiam si possideat, num. 118.
 Ordinarius, cui fit per Senatum remissio litterarum, impetratum contra aliquem ob defectum iuris, seu delictum, debet illum in via Ordinaria audire, num. 119.
 Prouisus ab Ordinario, & possessor est legitimus contraditor ad impediendam immisionem prouisus Apostolici ex causa reservationis, quando ista non est notoria, sed obscura, & dubia, num. 120. & 121.
 Et impedit viam executivam litterarum, & in via Ordinaria debet audiri, ibidem.
 Prouisus ab Ordinario agnoscit Papa pro legitimis contraditoribus, n. 121.
 In prouisus per Ordinarium, ut in beneficiis reservatis dicitur legitimus contraditor ad introducendam viam Ordinariam, duo simul debent concurrere, scilicet coloratus, & possessio, numer. 122.
 Doctores, & Rota decisionis plurime ad idem recensentur, à num. 123.
 Executor contra notitiam intrusus carentes titulo colorato, qui nec de iure, nec de facto possunt contradicere immisionem, procedit sine citatione, & causa cognitione, n. 124.
 Intrusus non dicitur ille, qui habet titulum ab eo, qui dare potest, licet de eius viribus disceptari valeat, num. 125.
 Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, num. 126.
 Decretum irritans nihil operatur, dum clarè non apparet dispositionem, qua est appositum, intrare, sed interim possessor manentur, n. 127.
 Reservatio, & decretum irritans non producant suos effectus, dum de reservatione non constat, nec probatur, n. 128.
 Decretum irritans in reservatione appositum, nihil operatur, nisi clarè pateat, beneficium esse reservatum, num. 129.
 Decretum irritans tunc inficit possessionem, & titulum, quando intrat constitutio, cui adheret, num. 130.
 Decretum irritans non operatur, nisi clarè pateat beneficium sub regula reservatoria comprehendendi, num. 131.
 Clausula irritans in privilegiis tanquam accessoria non operatur effectum, nisi clarè constat privilegia intrare, num. 132.
 Decretum irritans appositum in constitutione Gregor. de publicandis resignationibus non intrat, dum non fuit doctum de non publicatione, numer. 133.
 Nec impedit manumentionem, ibidem.
 Decretum irritans tunc inficit possessionem, si certum est intrare, non quando est dubium, quia tunc manumentionem, nec impedit saltim virtute detentionis, num. 134.
 Sive reservatio sit generalis, sive specialis, ut non intrat decretum, donec appareat dispositionem principalem percutere casum, n. 135.
 Decretum irritans inficit possessionem iuris, non facit, num. 136.
 Manumentionis datur pro sola detentione, numer. 137.
 Decretum irritans tunc intrat, quando est iustificata gratia eius, qui de isto opponit, alioquin

sufficit, possessori excludere altorem per non ius suum, num. 138.
 Possessionem prouisus ab Ordinario non inficit reservatio, dum non docetur intrare, imò in eis manentur, & est legitimus contraditor, n. 139.
 Vbi ad idem Rota decisiones adducuntur, ibidem.
 Reservatio tunc impedit restitutionem spoliati, & eius manumentionem, quando ea clarè constat, & non aliter, num. 140.
 Paria sunt non probare, quod obscurè probare, ibidem.
 Prouisus, & possessor per Ordinarium manentur, uti legitimus contraditor, quando clarè non probatur intrare reservationem, & decretum irritans, n. 141.
 Reservatio clarè, & concludenter probari debet per prouisum Apostol. quando concurrit cum prouisus per Ordinarium, n. 142.
 Reservationis probatio, si dubia reddatur prouisus ab Ordinario impedit immisionem, & cessat via executiva litterarum Apostol. estque cum eo via Ordinaria agendum, n. 143. & 144.
 Clausula (contradictores Appellatione postposita compescendo) operatur contra contradicentem de facto, & non de iure, n. 145.
 Et intelligitur iuris ordine seruato, & citatis citandis, num. 146.
 Clausula (amoro quolibet illicito & detentore) ubi nulla res indicata processit, facit executorem mixtum, & requirit ordinem iudicarium, numer. 147.
 Quo casu licita est appellatio suspensiva causans attentata, num. 148.
 Reservatio ubi non est materialiter notoria, sed probabiliter de ea dubitatur, prouisus ab Ordinario possidens, impedit viam executivam litterarum, & via Ordinaria aggreditur cum eo, num. 149.
 Rota decisit ad idem adducitur, à n. 150.
 Prouisus ab Ordinario possidens est legitimus contraditor, contra quem procedi nequit executivè, sed Ordinariè agendum, n. 151.
 De immisione ex l. final. C. de edicto Diui Adrian. ad immisionem virtute litterarum Apostol. rectè argumentatur, n. 152.
 Titulus Ordinarij facit legitimum contraditorem contra immisionem ex Bullis gratiosis Apostolicis, num. 153.
 Subrogatio gratiosa non intrat, ubi non constat de beneficio litigioso, n. 154.
 Litis non dicitur introducta, ubi non constat de mandato impetrantis commissionem ad illam mouendam, num. 155.
 Prouisus de raro arguit defectum mandati, numer. 156.
 Inhibicio ante executionem non causat litigium in beneficio, num. 157.
 Exceptio, Papam voluisse conuenire cum Ordinario, pertinet iudicio Ordinario, nec obest prouisus per Ordinarium, quominus executionem impediatur litterarum Apostolicarum, n. 158.
 Ad impediendam immisionem ex gratia Apostolice par titulum requiritur, ubi utique peti immisionem, num. 159.
 Secus si prouisus ab Ordinario idem possideat, qui impedit immisionem peritam a prouisus Apostolice, n. 160. & n. 166.
 In immisione ex gratia Apostol. proceditur ad instar, leg. fin. Cod. de edicto Diui Adrian. num. 161.
 In immisione & l. final. C. de edicto Diui Adrian.

S s 2 admitti

admittitur contraditor ab alio fonte, nempe ab alio testatore, num. 16.

Posseffor abegant titulum exclusivum iuris, prout Apostolici, vel reddentem illam turbidum, impedit inmissione, cum Papa prout ab Ordinario non intendat prejudicare, n. 163.

Et suspendit executionem, & cum eo agitur via Ordinaria, num. 164.

Contraditor legitimus possidens impedit inmissione executionem litterarum, qui in via Ordinaria est audiendus, n. 165.

Par titulus requiritur ad impediendam inmissione, quando nullus possidet, sed uterque eam pretendit, num. 166.

Secum si prout cum titulo Ordinario iam sit in possessione, quia ad impediendam executionem non requiritur titulus ex eodem fonte, num. 167. & a num. 169. & 160.

Gratia concessa observationem prius de qualitate fundamentali debet constare, n. 168.

Status prohibens omnem exceptionem contra instrumentum publicum, admittit exceptio, quod instrumentum non sit publicum, n. 169.

Etiamsi exceptio requirit alioquin indaginem, num. 170.

Etsi obligatus sit executivus, cum sit exceptio proveniens ex ipso instrumento, n. 171.

Ad impediendam inmissione litterarum pariter iudicatur regulariter legitimus contraditor cum solo titulo, ac contraditor cum possessione, nam cum utroque via Ordinaria est agendum, num. 172.

Cum quolibet tertio, se executioni opponente, debet agi via Ordinaria, n. 173.

Et uterque contraditor debet coram exequente litteras suum titulum producere, quem si non produxit, non impedit inmissione, n. 174.

Inmissio semel legitime facta non revocatur per novam tituli productionem, nisi in continenti appareat de bono iure producentis, n. 175.

Contraditor possidens debet perquiri per executorem, & citari, alias executio erit nulla, num. 176.

Contraditor possidens non citatus quocumque compareat, etiam non integra, debet audiri reposita ante omnia inmissione iam facta, num. 177.

Contraditori possessori non audito, aut non citato per executorem, datur manentio, n. 178.

Possessio instrumentalis non est manentibilis, non expulso prius per executorem possessore, num. 179.

Possessore non vocato executor nequit possessionem dare prout Apostolico, n. 188.

Inmissione data non citato possessore, si bene velit executor demo audire, & citare, ante omnia debet inmissione attentatam reponere, alias nulliter agit, n. 181.

Anterioritas proutis respicit petitorum, num. 182.

Simplex contraditor cum titulo absque possessione debet comparere re integra ante actualem inmissione, licet post decretum, n. 183.

Contraditor non dicitur legitimus proutis ab Ordinario super beneficio reservato, quando non possidet, num. 184.

Qui tunc via executiva tantum auditur, ibid.

Ad impediendam possessionem vacantem par titulus est necessarius, n. 185.

Titulus, ab eodem fonte emanatus requiritur ad

impediendam possessionem vacantem, quando uterque contendit super eius inmissione: secus quando proutis Ordinarius per prius illam occupavit, n. 186.

Prouisus ab Ordinario, proutens bona fide beneficium vacans in suo mense possidens, & proutis Apostolicus ex reservatione praetendens, uterque habet fundamentum de iure communi, num. 187.

Reservatio veniens ad annullandam collationem Ordinarii, & excludendum eam possessorem, debet plene, & concludenter probari, n. 198.

Nec est per plures praesumptiones, sed per plures probationes amovendas a sua possessione, n. 189.

Vna praesumptio soluit ex alia, & fortior vincit detriorem, n. 190.

Vna probatio contraria probatione conquisitur, num. 191.

Reservatio non intrat quando contra eam aliquid coloratum apponitur, n. 192.

In praesumptionum paritate praesertur veti, & possessor, num. 193.

Probationum paritas cum possessione reducitur ad imparitatem, n. 194.

Sequestrum beneficij de mandato Principis, donec causa cognoscatur, non prius possessione, num. 195.

Prouisus ab Ordinario, & possessor manentem, dum reservatio reddatur turbida, n. 196.

Reservatio si est notoria, qua nulla potest derogatione celari, inspicit possessionem, & titulum proutis ab Ordinario, qui tunc non dicitur legitimus contraditor ad impediendam inmissione proutis Apostolico, n. 197. & seqq.

Et quando dicitur turbida, ibid.

Reservatio si reddatur turbida, inmissio denegatur proutis Apostolico nisi eadem sit notoria, num. 198.

Prouisus ab Ordinario manentem in sua possessione, dum de reservatione turbida contenditur, num. 199.

Ordinarius, cui sit per Senatum Bullarum gratia remissio, ut cognoscatur quando executivus, vel Ordinaria via procedere tenetur, pra oculis habeat regulam inmissione ex l. fin. c. de edito Divi Adrian. tollend. n. 200.

Ordinarius in Bullis sibi per Senatum remissis executivus tunc procedet, sicut & quando executor procederet, si sua commissio fuisset subscripta de manu Sanctissimi, n. 201.

Executor quando in Bullarum executione debet assumere partes Iudicis, & via Ordinaria audire si servata forma Tridentin. fuisset datus, ita & in casibus Ordinarius procedere debet Ordinarie, facta sibi per Senatum Bullarum remissione, num. 202.

Senatus prudenter, insigne recessit ab stylo, ex quo solebat in decretis remissionis Bullarum addere Ordinarium processum executivus, vel Ordinarie iuxta casuum varietatem, & de ratione, num. 203.



QUAM inextricabilis sit, & invincibilis, & haec difficultas, quamque eius vera resolutio occulta, & incomprehensibilis, omnia suprema Tribunalia Regia, necnon Ecclesiastica, & vtrorumque Advocati docti testantur, imò & litum hanc cogitacionem continenti assidua dissentio elamat,

clamat siquidem inter omnes varias, atque etiam repugnantes sententias, & opiniones in dies repetimus.

Quidam namque intrepidè seclantur Ordinarium, cui à Senatu cognitio remittitur in prima instantia circa Bullas gratiosas, aut alias litteras à Apostolicas, & commissiones pro executione gratiae alteri commissas omnino indistinctè & absolutè procedere debere, vti delegatum, & potestate delegata, & quemadmodum executor in eisdem litteris nominatus expressim poterat, & de iure debebat executivè procedere; ita & ipse (qui eius locum ingreditur) & per Senatus decretum subrogatur.

Horum assertio fundata, possimus vel ex ea opinione Doctorum, quae habet, quod quando Ordinario remittitur per Papam cognitio causae, quae aliis sibi competeat de iure communi, non procedit vti Ordinarius, sed vti delegatus, & auctoritate, seu potestate delegata, non Ordinaria, cuius opinionis alius mentionem fecimus cum Doctorum plarium relatione sup. hac 2. p. cap. 25. à num. 26. vers. Quando autem aliquorum casuum, &c.

Vel potest fundari potius hæc assertio alia Doctorum opinione seclantur, & quod quando Ordinario remittitur causa per superiorem (casu, quo de iure communi ad se pertinebat cognitio) tunc procedat iste Ordinarius utraque potestate simul, & delegata, & Ordinaria, vti cum Ferdinando de Loazes in allegation. oppo de Mula, num. 54. Toma, Triburia. decis. 1. per totam, lib. 1. Sigimund. Scaccia. in tract. de iudicis, part. 1. cap. 16. num. 5. tenet Catolus de Galis de effectibus Clericis. effect. 1. num. 758. à princip. Videndus Gratianus etiam, Felinus, & Aulicis, quos refert Cenedus practicar. canon. quest. 34. num. 8. Vbi quando Iudex habens potestatem delegatam, & Ordinariam, videatur delegata potius, quam Ordinaria processisse. Igitur sicut pro executione gratiae poterat executivè procedere delegatus nominativè expressim in commissione; ita pariter, & Ordinarius in eius locum succedens per Senatus remissionem, qui vti delegatus procedere in dubio videtur ex eisdem Doctoribus, ac per consequens via executiva.

Sed horum assertio in casu nostro principali proculdubio falsa est, & falsòque fundamento nititur, ut cum evidentià clarè monstrabimus. Etenim idè Senatus Regius Ordinatio cognitionem remittit, quia sibi de iure communi privative pertinet vti tali Ordinario iure & potestate propria, non aliena, quae nec ablata sibi, nec advocata censetur à Sede Apostolica per specialem delegationem eiusdem alteri factam, subscriptione propriae manus Sanctissimi deficiente, tanquam commissam contra expressam determinationem, & formam essentialem Sacrosancti Concilii Trident. in cap. 20. causa omnes. sess. 24. de reformatione, de qua latius sup. hac 2. p. c. 3. c. 16. & sæpe alibi, atque idè nulliter, quae nullus iuris effectus operatur, vti per idem Trident. decretum, & quae nos in dictis cap. quapropter praedicta commissio informiter facta resolutur, & evanuit, & per consequens eius virtute Ordinarius procedere nequit, nec delegata potestate vti, sed dumtaxat Ordinaria.

Probatum secundò, quoniam eiusdem com-

missionis virtute, nec Iudex delegatus nominativè datus, nec Ordinarius procedere poterat, non delegatus ipse, cum avocatio & datio executoris omnia Concilij forma, sit ipso iure nulla, nec eius vigore sibi acquirit aliquam iurisdictionem ex proximè dictis.

Nec Ordinarius; tum quia cum ipsa commissio sit nulla ipso iure, ex ea Ordinarius procedere non poterat, quia de non ente ad ens non potest fieri transitus, l. 2. ff. de usufructu, l. Scia, ff. de tuto. & curato. l. eius, ff. de reb. credit. l. si merus, ff. de hered. instit. Aristotel. lib. 1. de generat. & corrupti. Caldas Pereira de emp. & vendit. cap. 3. n. 15. Farinac. conf. 69. n. 90. lib. 1. Marius Gamba in consuetud. Meissenen cap. 16. glo. 1. n. 8. p. 1. Peregr. conf. 21. n. 19. vol. 4. Montier. decis. 1. n. 54. & per text. in l. sed si manente, ff. de precario. l. item queritur, §. qui impleto, ff. locati, l. in rebus, §. vlt. ff. de precario. obstruant Glossa communiter recepta in c. ij. qui, verb. Specialiter, de prebendis, lib. 6. Bald. in rubrica de causa possessi. & propriet. n. 11. & 13. C. ad Trebel. Titraquel. in tract. lemore. Saist. 5. p. declar. 1. n. 7. Molina de Hispan. primogen. lib. 3. c. 14. n. 40. & lib. 4. c. 12. à n. 22. Paz de renna cap. 33. à n. 17. & 20. Tum etiam, quia Ordinarius non est in commissione datus, nec talem intentionem habuit sancta Sedes Apostolica, nec per remissionem sibi per Senatum factam cognitionis videtur subrogatio executoris fieri, ex eo, quia Senatus id facere non potest, cum iurisdictione Ecclesiastica, & maxime spirituali tanquam incapax carcat penitus, nec iurisdictionem, quam non habet, dare potest, nec committere, aut Delegare ex iuribus vulgaribus, nec talis fuit vtiquam Senatus intentio, nec in eo se intromittere, qui dumtaxat vti proceditor Concilij certat de eius obsequantia; tum etiam, quia si causa Ordinario remittitur Ordinaria potestate vti non competet, illius causae cognitionem eidem non remittitur Senatus, atque ita vti cognoscat Ordinaria iurisdictione, non Delegata; imò si de facto Senatus Ordinatio causam remitteret, vti Delegato, nihil ageret, cum nec commissionis facta praesentatio eidem valida est; sed nullius momenti, nec aliquam acquirit iurisdictionem.

Dicitur iste & legitimus est, & verissimo nititur fundamento; etenim si quis impetrat commissionem pro executione gratiae sibi à Sede Apostolica facta suo Ordinario errando in Diocesi, vti si Salmantina, dixerit per errorem Cordubensis, & hinc fuerit delegata executio, & directæ commissio, nec iste Ordinarius Salmantinus poterit gratiam exequi, quia cum per errorem id factum sit deficit intentio Pontificis committentis; quae imò fuit committere voluisse Ordinatio impetrantis, nec verus iste Ordinarius pariter poterit commissionem expedire, quia si ibi non fuit facta expressa Delegatio, nec in ea continetur, sed alius (licet inutiliter) & quamvis si petita esset commissio vero Ordinario Salmantino, illi committeretur; ex quo nec illi petita fuit, nec executio commissi, in ea se intromittere nequit, quoniam error quantumvis culpa vacans non efficit, & vti rescriptum extendatur ad casum, qui sub eiusdem verbis non comprehenditur, quamvis si is petitus esset, ei littere similiter dirigerentur, vti eleganter docet Innocentius in c. super litteris, n. 3. vers. Et nota, de rescriptis, & ibi Ioan. And. n. 5. Abb. n. 3. in fin. Dec. n. 3. alios referens idem Abb.

in cap. significante, num. 13. eod. tit. per glof. ibi. verb. non de Kemesi. per quos, & per doctrinam Bald. in l. prescriptio, num. 15. C. si contra ius, doctissime disputat, & sic resoluit Pater Sanchez in tract. de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 21. num. 38. per totum.

Et quod isto calu, nec Ordinarius Cordubensis, ꝑ cum fuerit inutiliter nominatus, & per errorem datus; nec Salmantinus verus Ordinarius, cum non habuerit intentionem Summus Pontifex; nequeant exequi dictam gratiam, secutus (& de verbo ad verbum transcribens Thom. Sanchez vbi proximè) latè comprobatur, & resoluit Petr. Moneta in tract. de commut. vltim. volunt. cap. 6. à num. 369. cum seqq. pro qua doctrina expendo singularia iura, in l. quotiens, §. ff. de heredibus instituend. in hæc verba: Quotiens volens alium heredem scribere, alium scripserit in corpore hominis errans, veluti frater meum, patronum meum: placet, nec eum heredem esse qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur: nec eum quem voluit, quoniam scriptus non est. text. etiam in l. in ambiguo sermone non virumque decimus, sed id duntaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit, quam vult: neque id dicit, quod vox significat, quia non vult; neque id quod vult, quia non loquitur. ff. de rebus dubiis.

Comprobatur hæc pars ex resolutione Nicolai Garcia ꝑ de beneficiis, 6. part. cap. 2. sub num. 58. vef. Hinc subdubitat: vbi per tres columnas disputat, an Nuntius Apostolicus Hispanie possit exequi litteras gratiosas commissas à Sede Apostolica, & directas nominatum Ordinario, & postquam hinc inde plura dixisset, pao constanti resoluit, nullatenus posse, qui in vef. Sed ego in contrarium, ita ait ad nostrum propositum: sed ego in contrarium fui, & sum sententia, nempe Nuntium non potuisse, nec posse, nec per se, nec per alium exequi, & expedire dictas litteras, nec se in eo intrinsece, quia commissio & litteræ de eo non cantant, & ex cap. 2. de officio Delegati, vbi quod de causa specialiter Delegata à Papa Legatus se intrinsece non potest, & ibi Glof. Abb. & alij, & Doctor Sahagun, de officio Delegati, num. 1. 2. & 3. fallent. à num. 15. &c.

Qui quidem Garcia iterum cum Francisco Leone sub dict. num. 58. ante finem, vef. Tandem si ex dicto titulo, in hæc prolequitur: Et meam sententiam planè tenet Leo in Thesauri fori Ecclesiastici, cap. 22. num. 60. 61. & 62. vbi ait, quod regulariter executio litterarum referuatiõnis pensionem committit locorum Ordinariis, vel aliis in dignitate Ecclesiastica constitutis, etsi pensionarius litteras referuatiõnis pensionis præsentaret alteri, quam in eisdem præexecutoribus nominatis cuiuscumque qualitates & conditionis, etiam si Legati, vel Nuntij Apostolici forent; defectu iurisdictionis eorum tenentur vitio nullitatis subiacerent, quia in prima instantia nullam habent iurisdictionem obstant S. Concilij Trident. dispositione, vt cap. 20. §. Legati quoque, sess. 24. nec vigore delegatiõnis, ꝑ que facta in vnâ personam, in aliam sine subdelegatione transferri potest. Hæc Leo relatus à dicto Nicolao Garcia vbi proximè. Ex quibus omnibus manifestè constat, quod Ordinarius, cui per Senatum Regium fit cognitiõnis super litteris Apostolicis remissio,

nequit vti potestate Delegata, sed Ordinaria duntaxat, cum ipse non veniat nominatus in eisdem, & commissio vni facta, alteri presentari nequit; quod si fiat processus erit nullus ipso iure ex defectu iurisdictionis, & potestatis Delegatæ ex iam dictis.

Quod & vltimus comprobatur, nam ideo commissio facta, ꝑ directæ Vicario, seu Officiali Episcopi, presentari nequit Episcopo ipsi, vt eam exequatur, atque litteras expediat; quia Vicarius solus nominatus, & expressus fuit in delegatione, & commissiõne, & non Episcopus; & de nominato ad non nominatum non potest fieri transitus; atque ideo si se non nominatus Episcopus in commissiõne intrinsece, nulla erunt à Legata ex defectu iurisdictionis, probant Cardinalis in Clement. & si principalis, de rescriptis, quest. 9. Bonifacius num. 13. Decius in cap. qui. Abb. num. 61. de officio Delegati. Ripa in cap. eam te, num. 46. de rescriptis. Paulinus de officio & potest. Capiti. Sede vacante, 2. p. quest. 10. num. 14. Bertach. de Episcopo, 7. part. lib. 4. quest. 4. Rebasius in praxi in forma Vicar. num. 161. & in concord. tit. de forma litterar. executor. verb. recusaverim, latè tractat Sbrocius de Vicario Episcopi, lib. 2. quest. 136. & lib. 3. quest. 51. qui plurimos alios refert, & in additione dicti quest. 136. id declarat; nisi Vicarius dictam causam Episcopo subdeleget. Zerola in praxi Episcopali, 1. part. verb. Vicarius, dub. 5. & 2. part. eodem verbo. §. 1. Marcus Antonius Genensis in praxi Archiepiscopali Curia Neapolit. cap. 83, sub num. 11. & Zechus de Republic. Ecclesiastic. cap. 23. de Vicario Episcopi, §. 2. num. 4. vef. 9. Thomas Sanchez de matrim. lib. 8. disputat. 27. num. 30. Lazarus de monitoriis, sect. 1. quest. 6. num. 8. Vgolinus de officio Episcopi, cap. 3. §. 7. num. 2. vef. 12. Gratianus de dispensation. forens. cap. 92. à num. 6. Piaschius in praxi Episcopali, part. 2. cap. 4. num. 7. Salas de legibus, disput. 20. sect. 17. num. 124. Nauarrus conf. 5. de officio delegat. optimè resoluit, & ab aliquibus impugnationibus defendit Nicolaus Garcia de beneficiis 6. p. c. 2. à n. 19. & seqq. vbi bene explicat.

Atque ex identitate rationis idipsum procedit in calu conuictio, ꝑ vt nequeat Vicarius Episcopi se intrinsece, & expedire litteras directas soli ipsi Episcopo, quia in eis Vicarius nominatus non est, nec de nominato iudice Delegato ad non nominatum fieri potest iurisdictionis Delegatæ transitus; Decius vbi proximè num. 78. Felin. in dict. cap. eam te, num. 17. Rebus. in locis proximè citatis, & ipse iterum in Regul. 13. Chancellaria, in verb. aut Vicarius perpetuus. Nauarrus dict. c. 5. n. 1. & in conf. 4. de precedentia, n. 4. Auilesius in capiti. pratorum, c. 4. verb. iustitia, n. 5. Cochus in institut. maior. lib. 2. tit. 8. num. 116. & exactè Sbrocius de Vicario Episcopi, lib. 2. g. 135. Gregor. Lop. in l. 47. tit. 18. p. 3. glof. 8. Curia Philippica 1. p. §. 4. n. 12. Lazarus de monitoriis, sect. 1. quest. 6. num. 7. & sect. 2. quest. 1. n. 18. Vgolinus de officio Episcopi, c. 4. §. 7. num. 2. vef. 12. Zerola in praxi Episcopali, 2. p. c. 4. num. 7. Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. p. cap. 2. à num. 22. & seqq. vbi latè Narbona de appellation. de Vicario ad Episcopum, 1. p. n. 243. Ioannes Hieronymus Campani. diuersorum iuris, rubric. 11. cap. 23. num. 148.

Nisi huiusmodi commissiõnis subdelegatio fiat per Episcopum ipsi Vicario, ꝑ vt probant 17 Campa

Campanilli. & Garcia vbi proximè, & plurimi alij per eisdem citati, Sbrocius de officio Vicarij, lib. 2. quest. 34. num. 6. quest. 39. num. 4. & 5. & quest. 45. & 133. Grati. disceptat. forens. cap. 145. à num. 16. & quando Vicarius non possit exequi litteras directas Episcopo, nisi Episcopus ei subdelegetur talem executionem; fuisse dictum in causa Lucana opinionis domus 13. Martij 1609. coram d. Mancanedo; testatur Nicolaus Garcia d. cap. 2. num. 23. vbi ad finem, quod hæc subdelegatio à Vicario enuntiata, & asserta præsumatur, atque resultat ex scientia & patientia Episcopi, per argumentum l. i. §. magistratum autem. vbi hoc affirmat Paulus. ff. de exercitoria actione, Vantius de nullitatibus sentent. tit. quibus modis sententia nulla reparari potest, num. 44.

Ex quibus omnibus verissima & constans elici potest ꝑ ad nostrum institutum resolutio; quod quando Senatus impetranti tradi iubet litteras Apostolicas alteri directas, vt illis vtatur præcisè cotam Ordinario; quod tunc Ordinarius in causa cognitione non procedit, nec potest vti Delegatus, quia ipsi non fuerunt directæ, sed alteri, à quo in ipsum nequit fieri Delegatæ iurisdictionis transmissio, sed duntaxat procedit iure, & potestate propria ordinaria, ideo etenim sibi fit per Senatum remissio, quia causa de iure ad ipsum priuatiuè, & exclusiue ad alios iudices quoscumque pertinet omnino, iuxta determinationem Concilij Trident. in c. 20. cause omnes, sess. 24. de reformat. vt sæpè diximus.

Etenim eo ipso quod cesset auocatio subscripti, & cum sua potestate Ordinaria fit consolidatio, vt latissimè diximus supra hæc 2. part. cap. 12. à num. 54. cum multis seqq. imò hoc calu deficiente subscriptione propria manus Sanctissimi, nunquam ablata cenetur ex Trident. Decreto, & ex iis quæ supra cap. c. à n. 14. cum seqq. & c. 17. per totum & c. 20. à n. 72.

Quapropter cum hæc commissio fuerit à principio ꝑ nulla ipse iure ex defectu formæ subscriptionis ex notatis in d. c. 6. & ceteris, sequitur quod eodem modo, quo ea vti non potuit Delegatus, cui fuit directæ, minus & Ordinarius non nominatus, in quem non potest conualescere, quia de non eute ad ens non potest fieri transitus, vt superius probauimus à num. 6.

22 cum seqq. & cum ex commissiõne nulla ꝑ & informiter facta nullam vestigiū nec vmbra iurisdictionis in nominato Delegato remansit, non subsistit extensio, aut eius prorogatio, l. sed si manent. ff. de prætorio, & est text. in cap. significasti, de foro compet. l. 1. C. de iurisdic. omni. iud. plenè Carnabon. in tract. de iudicij. diff. 2. quest. 8. sect. 1. num. 291. fol. 477. quia vbi non est subiectum iurisdictionis; ibi non cadit prædicamentum prorogationis, aut extensionis, Fulgof. conf. 167. num. 1. Costa de scientia, cent. 2. dist. 66. num. 16. Tufch. littera P. conclus. 627. num. 63. Aldouin conf. 10. n. 160. Giurba conf. 59. n. 114.

Quapropter non obstant, quæ in contrarium 23 ꝑ considerauimus ad principium huius cap. pro fundamento præfatæ nonnullorum assertionis. Non primum, ex aliquorum Doctorem opinione scilicet, quod quando Ordinatio fit à Sede Apostolica commissio procedit in ea potestate Delegata, quam altius examinauimus supra hæc 2. part. cap. 25. à num. 17. cum sequentibus, quo

loco tertiam elegimus vt veriorē, atque probabiliorem, distinguunt, quod quando Ordinatio remittitur causa, quæ sibi de iure communi non competeat, procedit vti Delegatus; ar quando de iure communi sibi aliàs competit, non vti Delegatus, sed vti Ordinarius, & cum potestate ordinaria duntaxat procedit, pro vt abundè ibidem explicauimus. At cum Ordinatio quando per Senatum fit remissio, eo duntaxat fundamento mouetur, quia causa de iure communi ad Ordinarium priuatiuè pertinet, & sic vti Ordinarius, & potestate Ordinaria in ea procedit, non vti Delegatus, quibus & adde in comprobationem, quæ hæctenus diximus, quod Ordinarius non potest vti Delegatus procedere, quia de eo non fit mentio in commissiõne, nec in ea nominatus est, ac ideo iurisdictione Delegata ad eum transire vilo pacto nequit.

Ad secundum autem, quod diximus, Ordinarium posse procedere vtque potestate, ꝑ & Delegata, & Ordinaria iuxta multorum Doctorem assertionem; responderetur, intelligendos esse loqui, quando ita expressè in commissiõne sibi directæ dictum fuit. At secus, quando simpliciter sibi Ordinatio facta fuit commissio, quia tunc procedit illa distinctio, aut est facta commissio super causa aliàs de iure Ordinario ipsi competente, & tunc non Delegata, sed Ordinaria excitata intelligitur iurisdictione. At quando aliàs cognitio Ordinatio non competeat; tunc Delegata simpliciter censetur, vt latè probauimus supra hæc 2. part. dist. capiti. 25. à num. 26. cum sequentibus. vef. scilicet. Sed verior & receptor opinio est; etenim non est in hac commissiõne dare medium, procedit quippe vti Ordinarius duntaxat, aut vti Delegatus, vt abundè comprobauimus in dict. cap. 25. à num. 26. & seqq. vef. scilicet. Ex toto hoc discorsu, nisi sibi à Sede Apostolica expressè data sit facultas se procedendi potestate, & Ordinaria, & Delegata simul, vt ibidem à num. 29. pro quo est text. singularis in cap. per hoc, 17. de hereticis, lib. 6. ibi: Quin & ipsi auctoritate Ordinaria, vel Delegata (si habent) in eisdem procedere valent, &c. Ponderando illam distinctiõnem, vel, vt vno ex duobus modis procedit, quando vterque in eo concurrat.

Respondetur secundò, nam etiam calu, quo simpliciter, ꝑ & indistinctè foret vera Doctorem opinio in argumento citatorum; in nostro calu minimè poterat verificari, cum Ordinarius coram quo ex Decreto Senatus litteris Apostolicis vtitur, non est, nec dici potest Delegatus, cum sibi non fuit facta à Sede Apostolica Delegatio, nec in ea nominatur, & sic sola remanet potestas Ordinaria duntaxat, qua sola in ea causa procedere, abundè hæctenus probatum remanet.

Et quia cum & ipsa commissio abinitio sit nulla, ꝑ nec ex ea quæ sita aliqua iurisdictionis vmbra Delegato nominato, ex ea nec Ordinarius procedere potest, quia de non ente ad ens non potest fieri transitus, pro vt sæpè probauimus à num. 6. & à num. 20.

Et hinc venit declarandus Flores de Mena practicar. quest. lib. 1. quest. 4. num. 35. dum respondendo ꝑ ad Rotæ decisionem dicentem, Ordinarium, cui sit causa commissio, procedere posse vtque potestate; dicit intelligi procedere potestate Delegata quoad executionem sibi mandatam; quoad cetera autem, quæ respiciunt

ius integrum partium, ipse Ordinarius potestate ordinaria procedit, & sententiam diffinitivam profert; quæ Doctõris assertio altiorum petit indignem, provt distinctè, & per casum dixerunt altius pertingemus. Interim tamen dicas, quod quando in casu permissio putà in beneficiis reservatis committitur executio Ordinatio, in qua si executionis natura alteretur, putà quia de executia fit ordinaria (de quo latius infra in secunda conclusione apponenda) tunc bene procedet eiusdem Doctõris assertio; at si fit causa, quæ tam quoad viam executionem, quam quoad viam ordinariam pertinet de iure iudicij Ordinatio; tunc ipse in totum procedet ordinaria potestate dumtaxat ex hæcenus late dictis.

Et tandem ad assertionem Doctõrum de qua 29 ad principium huius capituli respondendum est, vt falsa insuper evidentius appareat; nam etsi Ordinarius procedat vt Delegatus in causa sibi per Senatum remissa (quod impossibile est, vt diximus) non bene sequitur, procedit vt Delegatus; ergo debet procedere via executiæ; falsum est etenim argumentum, cum etiam ipse Delegatus in commissione nominatus, si servata forma Concilij Tridentini causa sibi delegata, poterit & debet iuxta casum varietatem (de quibus ad secundam conclusionem inferius) procedere in via ordinaria, & plenario iudicio audire partes; quoties alterati contingit naturam executionis litterarum Apostolicarum; & sic multò fortius ipse Ordinarius sua iurisdictione, & iure Ordinatio vtens; quare horum opinio nec tuta, nec vera est absolute recepta.

Secunda fuit opinio in hoc articulo aliquotum, & maximè Ordinariorum iudicum (quibus per Senatum fit litterarum remissio) & advocatorum litteras Apostolicas impugnantes patrocinantium: vt eo ipso quod eadem Senatus remittit Ordinatio, iste debeat absolute & indistinctè, ordinaria atque plenaria via inter partes procedere, non executivè: mouentur hi 31 contraria ratione eorum, & qui priorem opinionem sedebantur, & dicunt, quod remissio fit per Senatum Ordinatio, vt Ordinatio, & non vt Delegatus executori, quia executoris nominati facultas iam expiravit, nam ex quo informiter atque nulliter contra dispositionem Sacri Concilij Tridentini, putà absque subscriptione manu propria Sanctissimi, facta fuit executionis commissio; non fuit causa advocata ab Ordinatio, atque ideo cum executor nominatus nequeat iurisdictionis defectu procedere ulterius, vt supra post principium huius cap. diximus: sequitur, quod pars executiva gratiæ similiter emanaverit, atque ideo quando Senatus Ordinatio causam illam remittit, ea videatur intentione remississe; vt ordinaria via absolute, & indistinctè procedere debeat.

Sed proculdubio horum opinio pariformiter 32 falsa est, & improbabilis, omnique destituta fundamento, nec tale vquam intentum habuit sapientiæ, & experientiæ fons sublimis Senatus hic Supremus, non etenim sequitur, iudex executor datus deficit; ergo gratiæ & instrumenti executiui privilegium executionis & naturam amittit: tres enim partes habent Bullæ gratiæ; & ipsam gratiam, quæ respicit rem 33 principalem putà beneficium impetratum; exe-

cutioem, quam litteræ Apostolicæ merentur; iudicij specialis datio ad illas exequendas. Si forte vltima hæc pars deficit; ceteræ integre manent, & ad quemcumque iudicem ierint; 34 litteræ; qualitatem intrinsicæ executionum retinent (nisi ex accidenti extrinsecò alteretur iuxta mox dicenda in conclusionibus) igitur non sola iudicij mutatio potens esse poterit, nec sufficiens sola ad huiusmodi alterationem causandam. Et quia non sequitur Ordinarius vti Ordinarius procedit causa; & ergo semper debet procedere via ordinaria non executiua; sequeretur quippe absurdum notissimum, quod coram Ordinatio non posset peti executio instrumenti garentigiatum, in forma Camere scriptum, nec sententiæ transactæ in rem iudicatam, aut executorialium; & quod per eam vltim coram Ordinatio amitterent suum intrinsicum privilegium via executiæ, quod quàm falsum sit, nemo est, qui nefciant, atque latius ostendimus in conclusionibus sequentibus.

Vides igitur, quam clausæ sunt in hac difficultatis plena controuersia viæ veritati; mihi quidem in ea diu anxie meditantem vera atque certa resolutio proculdubio extitit, ad cuius præclaram cognitionem duplex venit assignanda conclusio, distincta casuum varietate munienda, vt quid deinceps sit seruandum, cunctis pateat.

CONCLUSIO I.

Quoties litteræ Apostolicæ impetrata alteri iudici pro executione instrumenti garentigiatum, aut gratiæ Apostolicæ absque tamen subscriptione propria manu Sanctissimi, fuerint per Senatum Ordinatio remissa, iste in eorum executione tenetur via executiua procedere, aliter eorundem privilegia non altera natura.

CONCLUSIO II.

In omnibus casibus in quibus litteræ gratiæ Apostolicæ sunt amittunt privilegia naturam, ita vt in 37 eisdem omnino sit via ordinaria de iure procedendum, vel aliquis comparat legitimus contraditor, vel quia adest possessor, aut alias sub intrusione sum expediat: in eisdem omnibus Ordinarius, cui à Senatu fuit negotij facta remissio, in via ordinaria tenetur procedere, & partes audire, & diffinitivè sententiare.

Pro istarum conclusionum enucleatione nonnulla indicanda erunt, & quæ ipsarum veritatem, iustificationem, & comprobationem ostendant. Ad prioris igitur fundamentum eo moueor: nam sicut instrumentum garentigiatum, aut cum clausula in forma Camere Apostolicæ habeat de iure executionem paratam, & hæc privilegiata qualitas eo insit, & sit affixa, vt patet vulgo iuxta commentaria Pacladorij 38 re- rum quotidianarum lib. 2. cap. fin. 1. part. §. 11. cum multis segg. quibus multa in proposito recenset, & passim alibi. Pariformiter litteræ Apostolicæ ob illarum reuerentiam & hanc qualitatem privilegiam intrinsicè retinent, atque eodem modo executionem merentur, lib. 1. ff. de constitut. C. si quando, de rescript. vbi Felin. lib. 5. titul. 18. part. 3. Rehus. in prax. benefic. rit. forma & declaratio noua prouisionis, verb. quatenus ipse, vel duo, vers. postea distitur. Mohedanus 39 decif.

decif. 35. Marchesi. de commissiõib. 2. part. cap. 4. de commiss. appellat. num. 39. Veronensis conf. 4. vol. 1. Cælar de Grassis in reg. 8. de altera. gloss. 9. in annotat. ex num. 21. Nicol. Garcia de benefic. 6. part. cap. 2. num. 140. Parlad. etiam vbi supra §. 7. per tot. & infiniti alij, quos omitto. & plures dixit Rota, vt per Iacobum Caballerium decif. 148. num. 1. & decif. 638. num. 1. & decif. 278. num. 2. Cælar Argel. de acquirend. possessione, quest. 8. artic. 1. à num. 2. & alibi passim.

Nisi fuerint per sententiam vulneratæ, quia tunc appellacionem recipiunt, & nec per superiores equi possunt istantè appellacione, Caueralli decif. 2. num. 7. Hieronymi, Gonçal. sup. regul. cancell. gloss. 6. num. 20. cum sequentibus. Rota Romana duobus locis, decif. 132. in principio, & num. 1. lib. 2. Cardinal. Seraphin. decif. 674. num. 2. Rota apud Coccinum decif. 78. Giurba decif. 100. sub num. 34. Syluester Sachæ in additionibus ad Antonium Massam, Galleffi. de obligation. Camerali. quest. 37. num. 16. & 17. Rota Romana decif. 73. num. 2. decif. 74. num. 1. decif. 45. num. 1. decif. 58. num. 2. decif. 95. num. 1. decif. 76. num. 2. impresse post Galleffium dist. tractat. de obligation. Camerali, ab eius additionatore, Hondedeus consil. 17. num. 45. volum. 2. Gratian. disceptationib. forens. cap. 664. num. 21. Antonin. Amato variar. resolution. lib. 2. resol. 81. à num. 24. & sequentibus, idem Gratianus late in disceptat. 968. à num. 2. cum sequentibus, 100. §. idem Iacobus Canallerius in 41 decif. 11. num. 5. vbi, & quod non censetur litteræ vulneratæ ex annullatione processus super earum iustificatione facti, nisi etiam ipsæ litteræ annullentur: nec etiam dicuntur vulneratæ litteræ Apostolicæ, etiam si fuerit pronuntiatum, non esse iustificatas; & imò si postea iustificentur exequi possunt, Canallerius decif. 11. num. 6. Nos de Regia protectione, 3. part. cap. 4. num. 44. & num. 45. vbi de hac executionis vulneratione, & quando vulnerata intelligatur post alios Doctores, probant insuper Coccinus decif. 78. num. 11. in fin. Rota Romana decif. 132. num. 11. in fin. part. 2. diuersorum. Marchellanus de commissiõib. appellacion. à Camera obligation. 1. part. cap. 16. num. 19. Scaccia de appellacionib. lib. 3. cap. 2. quest. 17. limitat. 95. num. 58. vers. Subvertende. Rota apud Galleffium de obligation. Cameral. decif. 95. num. 7. Amato resol. 81. num. 5. & 26.

Et quando litteræ Apostolicæ vulneratæ sunt; cessat si executiua, & agit in via Ordinaria super vulneratione, Caballer. decif. 158. à num. 1. cum segg. aded vt interim dum pendet appellatio à vulneratione exequi litteræ non possunt, provt abundè probauimus in dist. cap. 4. à num. 4. segg. & sursum per totum illud caput, Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. quest. 17. limit. 95. sub num. 58. Rota Romana in vna consensu impref. per Galleff. vbi proximè decif. 96. num. 34. licet contrarium tamen est quod ipse affirmat in num. 27. quod si sententia vulnerans litteras, & instrumenta garentigiatia sit notorie nullam non præstat impedimentum, quominus via executiua litterarum locum habeat per viam replicationis contra vltus oppositæ, ex Coccinio decif. 78. & decif. 96. num. 3. impresse post tractat. Galleffi per eius additionatorem.

Igitur si hæc qualitas privilegiata insit instrumento garentigiatum, & litteris Apostolicis, & illas comitatur quocumque vadant præcisè; nec iudicium mutare, & variatio illam potest variare, nec alterare, vbi libet quippe suum privilegium executionum retinent: qualitas enim quæ adhæret rei, illam sequitur, quocumque vadat, quam res non amittit per variationem personarum, iuxta text. in l. Imperatores ff. de reigalib. & commissis, l. fin. Cod. sine censu vel reliquis.

Et quod instrumentum garentigiatum, aut sententia & qualibet privilegiata habens privilegium executionis quocumque vadat, & coram quocumque iudice eius executio petatur; retineant suum privilegium executionum, nullatenus alterata nec variata natura per variationem, aut mutationem iudicium: latissimè comprobauimus plurimis doctrinis, & iuris fundamentis, necnon Doctõrum plurimum auctoritate in tractatu de Regia protectione, 3. part. cap. 4. à num. 27. usque ad num. 43. inclusiue, quæ omnia iustitice comprobant huius conclusionis verissimam resolutionem videnda omnia, quia ulterius non repeto.

Quibus adde quod instrumentum confectum in alio Regno, & quod de iure executionem meretur, quocumque vadat idem privilegium retinet, & coram cuiuscumque Regni iudice eius virtute executio petatur, executio proceditur. Baldus in l. 3. quest. 4. C. ne filius pro patre, Palacius Rubens in rubrica de donat. inter virum & uxorem, in principio, num. 23. Gregorius Lopez in l. 3. tit. 18. part. 3. gloss. fin. Rodericus Suarez in l. post rem, quest. 5. num. 15. Anton. Gomez in l. 64. Titul. num. 8. Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 11. ampliat. 3. à n. 3. vbi de solemnitate, ne redarguatur, quam plurimos alios Doctores referens sequitur Flaminus Cathartius decif. 26. per totam.

Comprobatur etiam, quoniam instrumentum garentigiatum siue inter laicos, & siue inter Ecclesiasticas personas confectum; etiam coram iudice Ecclesiastico suam viam executiuam, & privilegiatam qualitatem retinet, iuxta Bittoli sententiam in l. cunctos populos, num. 29. C. de summa Trinitate cuius opinionem sequitur Lopus allegat. 81. & Calcanensis consil. 7. Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, ampliat. 8. Couarrui. practicar. quest. cap. 8. concl. 5. num. 5. Aulicinus in capitibus correctorum cap. 10. num. 6. Benedictus de Barziz in tractat. garentigiat. 1. part. quest. 4. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. part. §. 11. ampliat. ne 7. num. 28. & 29.

Igitur non erit ha sitandum, quod per Decretum Senatus, & quo traduntur litteræ parti, vt 48 illis coram ordinario vtatur, debeat ipse executio procedere virtute instrumenti garentigiatum, aut litterarum Apostolicæ gratiæ, quæ sui natura retenta vbi libet merentur executionem, & huius privilegium omnino retinet, nihil extrinsecus accedente: sequeretur enim alias absurdum notissimum; coram iudice Ordinatio non posse agi via executiua virtute instrumenti executionem merentis, quod quàm falsum sit, ostendimus superius in reprobatione secundæ quorundam opinionis; nam de Ordinatio iudicandum erit hoc casu, ac si à principio, & cessante

saute commissione Apostolica, & remissione Senatus coram ipso eorum instrumentorum executio petetur, hæc autem nihil imitari possunt circa naturam, & privilegium executionis, quia ad id nec tendunt, nec respiciunt; sed tantum ut causa coram vero & competenti iudice tractetur, quod singulariter post Rotæ decisiones observat Ludou. post de manent. observ. 12. num. 62. & 63.

Non secus, ac si coram iudice incompetente fuisset instrumenti petita executio, & orta inter eum, & Ordinarium competentia, causa illi fuisset remissa; ac sibi cognitionem competere declarata, nonne ex hac orta competentia mutatur in aliquo, aut amittitur privilegium executionis instrumenti? Aut prohibetur actori denud coram competenti Iudice Ordinario agenti instrumenti executionem apponere, & intentare? Quis dubitat, nisi forte ex aliquo accidenti instrumentum, aut litteræ Apostolicæ viam executionis amittant, ita præcisè in via ordinaria sit agendum, iuxta latè probanda ad secundam conclusionem.

Quantum attinet ad secundam conclusionem superius affixam & multa dicenda erunt, quæ hanc materiam primæ instantiæ Ordinarij tangunt, mirèque exornant, ex quibus facile colliges, quando ipse Ordinarius via procedere queat tam in litteris Apostolicis gratiosis, quam instrumentis quarentigatis, quæ omnia ita distinctè tractantur à Doctoribus, quæ tùm dispositionem S. C. Trident. in cap. causa omnes, tùm praxim veram huius Senatus Supremi penitus confundunt.

Quantum autem ad instrumenta quarentigata & pro quorum executione à Romana Curia alteri fuit commissio impetrata per creditorem absque subscriptione manu propria Sanctissimi, & ideo per Senatum Ordinario fuit facta remissio: iste omnino via ordinaria contra tertium non comprehenditur in dicto instrumento procedere debet, non via executiva, ut vulgarissimum est, iuxta quæ Pauladorius lib. 2. verum quondian. lib. 2. cap. fin. 4. part. 5. §. per totum, & Nos latissimè in tract. de Regia protectione, 4. part. cap. 8. per totum, vel aliter quando & tertius oppositor non comprehensus in instrumento se executioni opposuit, cuius causa via ordinaria erit tractanda, & in contentioso iudicio prius erit vincendus iuxta latè per Nos tradita in d. cap. 8. in quo articulo tam vulgarissimo amplius nobis immorari non licet.

Quantum autem attinet ad litteras Apostolicas pro executione gratiæ expeditæ, quando vel executor datus teneatur Ordinario causam remittere, vel facta per Senatum remissione, ipse Ordinarius via ordinaria in eisdem procedere debeat; maior est difficultas orta ex confusione Doctorum, hæc tamen meridiana clariorem (Deo dante) reddam, nec in posterum in minimo dubitetur.

Litteræ Apostolicæ, quæ pro executione gratiæ & expeditur, dupliciter considerandæ sunt, nam aut dantur super beneficio referuato, vel aliàs affecto Sedi Apostolicæ, & tunc quantum attinet ad viam executionem, seu potius extrajudicalem, cum non egeant subscriptione propria manu Sanctissimi, cuiuslibet licitè committuntur, qui quidem quantum ad executionem faciendam liberè procedit absque percussione

primæ instantiæ Ordinarij, & absque eius iurisdictionis læsione, nec tunc locum habet dispositio S. C. Trident. in cap. 20. causa omnes, sess. 24. de reformatione, declaratur sic per Sancti. Congregationem Cardinalium, atque Breuem Gregorij XIII. proxt latè diximus supra hæc 2. part. cap. 10. in princip.

Si tamen in huiusmodi litterarum executione aliquis compareat & legitimus contradicitor de iure suo docens, vel sit aliquis possessus beneficij, aut aliter sub instructioe litteræ ipsæ expeditur; tunc possessor, vel intrusus de sua possessione opponens, præcisè audiendus, & convincendus erit in via Ordinaria; nam cum ille in iudicium deducatur coram excoctore quid omnino, causa, cognitionem, & examen appetens, atque altiorem indaginem requirens, & viam appetens ordinariam, non nondum fuerit contentus, citatus, & victus, nec aliter de iustis suis discussum, nec ipse legitimus contradicitor ad solam voluntatem executoris teneatur iura & possessionem dimittere: hæc causa omnino Ordinario pertinet via ordinaria tractanda, ad quem illam Senatus hic Supremus remittit cognoscendam, nisi aliter contra istum tertium, & aut intrusum commissio executoris propria manu Sanctissimi sit subscripta, quia tunc in his beneficiis referuatis tam super executione, quam super via ordinaria rectè procedere excoctorem dicitur, proxt Nos supra 2. p. c. 6. in 4. exceptione, latius ostendimus d. num. 4. cum seqq.

Aut etenim litteræ hæc pro executione gratiæ non expeditur & super beneficio referuato, aut aliter Sedi Apostolicæ affecto, & tunc si manu propria Sanctissimi non sint subscriptæ, penitus Ordinario tam super executione, quam super iudicio plenariò & via ordinaria ad quem omnium causarum ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentium, etiam si beneficiales sint, cognitio de iure communi per Decretum Concilij Trid. competit per Senatum, aut etiam ipsam excoctorem sit remissio, quoniam deficiente forma essentiali prædicti Concilij Trident. nec tacita auocatio nec expressa locum habet, nec in prima instantia his in causis præiudicium illi fieri intelligitur, nec sua Sanctitas intendit, ut latè probavimus hæc 2. p. cap. 6. & cap. 20. & pluries alibi.

Aut enim istæ litteræ pro executione gratiæ alteri, & quam Ordinario directæ sint manu Sanctissimi subscriptæ: & tunc non Ordinarius, sed ipse executor Delegatus tam in via executiva, quam in via ordinaria, vbi vel comparet legitimus contradicitor, vel possessor adest; cognoscere rectè potest, ex d. Conc. Trid. Decreto, nec tunc vilo pacto Ordinario talem causam Senatus remittit in d. cap. 6. in 4. exceptione, & à num. 14. & mox comprobabitur à num. 67. cum sequentibus, versicul. Quantum autem ipse Doctores.

Hanc distinctam resolutionem (licet non ita explicitè & discretè) & deduces ex nonnullorum Doctorum assertionem, & in primis Augustinas Barbof. in tract. de offic. & potest. Episcopi, tom. 2. allegat. 81. num. fin. sic ait in hæc: Sextò limita in causis possessionis beneficiorum referuatorum Sedi Apostolicæ: possunt enim immediatè ab Auditore Camera, seu alio Delegato Apostolico cognosci, quod praxi quotidiana signaturæ servatur, & declaravit Gregor. XIII. super

super executione litterarum in forma Breuis, ad expectandam possessionem in contentione sua inquit: Ad Romanam Pontificis providentiam, data Romæ, die 10. Iulij, anno 1574. quam refert praxi Episcopalis dict. cap. 4. num. 3. & sæpè diffiniit Sac. Cardin. Congregationem attestat Francisus Leo dict. cap. 1. num. 76. & 77. & procedere in beneficiis referuatis ratione manus appositionis, refert decilum Gongalez ad Regul. 8. Cancellaria, gloss. 52. num. 36. & 37. nam Concilium Trident. dict. c. 20. non intelligitur in executionibus, sed solum in litibus, & causis Ordinariis, & requirentibus altiorem indaginem, quia in his datur instantia, in executione vero Bullarum Apostolicarum, cum magis extrajudicialis sit, & extrajudicialibus non datur instantia, ut cum Socino, Iasone, & aliis resoluti Menochius de arbitriis lib. 1. quest. 22. num. 6. non habet locum dispositio dict. cap. 20. verum (inquit ipse Barbofa)

& si aduersus executionem gratiæ Apostolicæ allegetur aliqua exceptio, altiorem indaginem requirit, & gratiam efficiat nullam, vel lubricitiam, aut obrepticam, vel Bullam falsam, aut simile, quia tunc datur instantia, non potest auferri iurisdictione ad Ordinario in prima instantia ex dict. cap. 20. idque confirmat dicta constitutio Gregorij XII. bi: Illarum tamen forma servata, &c. vbi vult, quod executor in prima instantia non potest procedere omnia forma gratiæ; at verò in gratia semper ponitur, aut subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, aut aliæ equipollentes, ut teneo ego ipse in meis remissionibus de dictionibus & clausulis, clausula 97. à num. 2. vnde si narrata vera non sunt, aut aliquid ex necessarii omittatur, cessat iurisdictione executoris, & non potest exequi gratiam, teneturque summariè audire super exceptionibus allegatis, aliàs declarabitur vim inferre, & postea remittere causam Ordinario in prima instantia terminandam, quia cessat omnino via executiva. Si tamen ex verbis gratiæ tenetur executor assumere partes iudicis, vel gratia sit signata manu Summi Pontificis, talis executor potest cognoscere causam in prima instantia ad effectum executionis, & non tenetur eam remittere Ordinario, quia ex appositione manus Summi Pontificis censetur cautè auocata ex text. in cap. vi. nostrum, de appellation. vbi Abbas, Franch. & alij. Alois. Riccius in praxi aures resolutione 339. hæc Barbofa.

Et idem quod Barbofa, nihil addito, vel mutato; sed imò eadem sermone & verborum præmeditatione illum transcribendo (eo tamen non citato Autore) affirmat nouissimè Ioan. Maria Nouarius in noua iuris Pontific. practice. conclus. tit. de causis prime instantiæ, conclus. 1. alias 54. num. 15. 16. & 17. fol. 142.

Et ante eos dixerat Flores Diaz de Mena variis, quest. lib. 1. quest. 12. num. 17. & sequentibus & (quem ipse Barbofa transcripsit, illum tamen authorem tacens, neutram autem recenset Nouar. vbi proximè:) omnes igitur conveniunt, quod executor in beneficiis referuatis datus potest executivè procedere, nisi compareat legitimus contradicitor, aut possessor (ut latius explicat ibidem Flores de Mena) quia tunc cum horum causa requirit altiorem indaginem, Ordinario debet executor illam remittere, aliàs

vim facere declarabit Senatus, & causa ipsa per Senatum Ordinario remittetur.

Quantum autem ipsi Doctores moti ex constitutione Gregorij XIII. & viam executionem, & procedum extrajudicalem non comprehendit in Decreto Concilij dict. cap. 20. quia non habent instantiam, perpetam, & in aduertenter profecto loquuti fuerit contra omnia iuris principia, proxt contra ipsos latius ostendimus superius hæc 2. part. cap. 10. ferè per totum.

Quatenus autem ipse Barbofa ibidem dict. allegatione 81. in fin. & Nouarius vbi proximè num. 17. (Barbofa non citato) uterque tamen per eadem verba inquit in hæc: Vbi cumque ex gratiæ verbis tenetur executor assumere iudicis partes, vel gratia reperiat manu Sanctissimi signata, huiusmodi executor causam in prima instantia ad effectum executionis cognoscere valebit, nec illam remittere Ordinario debet, cum ex manus Papæ appositione censetur auocata causa, ut constat, &c. Falluntur quidem, & sibi ipsis repugnant, nam ipsimet Doctores fatentur, & quod in beneficiis referuatis executor dumtaxat potest procedere in executione, quod si accedat aliquid requirens altiorem indaginem, Ordinario remittitur, de quo executor cognoscere nequit, quia sit præiudicium Ordinatæ iurisdictioni. Igitur sequitur manifestè, quod ad hoc ut ipse possit executor cognoscere, debet adesse subscriptio propria manu Sanctissimi iuxta Concil. Trident.

Nec auocatio etiam expressa aliter facta tollit iurisdictionem Ordinario ex dicto Decreto, & vbi sæpius diximus, quia ad hoc ipsum disponendum, & præueniendum in specie inductum fuit Decreto Concil. Trident. ad excludenda nempe tacitas, & etiam expressas auocaciones in prima causarum instantia, abque iusta & rationabili causa & personalis Pontificis subscriptione factas; ergo minus debet sufficere auocatio tacita, & non subscripta, proxt abinde argumentatur supra cap. 32. à num. 6. & sequentibus. & sic illa distinctiva, vel, quæ vtriusque Doctores, incautè, & in aduertenter est appolita, & omnino vel delenda, vel in coniunctivam resolvenda.

Imò Flores Diaz de Mena dict. lib. 1. quest. 11. num. 19. & (à quo illam doctrinam (authore tacito) de verbo ad verbum surripuit Barbofa, & ab isto Nouarius, cum non referens) expressè loquitur absque illa disunctiva, in hæc: Inferitur tertio, quod si ex verbis gratiæ, de quibus in dicta questione, executor tenetur assumere partes iudicis, ut per Felinum in dict. cap. si gratia sit signata manu Summi Pontificis, talis executor potest cognoscere de causa in prima instantia ad effectum executionis, & non tenetur remittere causam Ordinario, quia ex appositione manus Summi Pontificis censetur tacite auocata ex text. & ibi Abbas, Franch. & alij in cap. vi. nostrum, de appellationibus, &c. Vides igitur, quod Flores de Mena (à quo ipsi Doctores doctrinam & verba surripserunt) non solum non fuit loquutus per disunctivam, vel; sed imò potius per dictionem conditionalem (si) nempe; si gratia sit signata manu Summi Pontificis, &c. atque ideo ipse Barbofa minus fideliter illud transcripsit.

Imò potius ipse Flores de Mena vteriusque ipsum clarius explicuit, & qui quidè consecutus, & immediatè ad sup. dicta ita prosequitur: Quod